



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. De acquisitione hujus jurisdictionibus ex ratihabitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. V. Nonnulla de Delegatione Iurisdictionis absolventi a peccatis, quæ ab Episcopo, vel similibus Prælati emanare solent.

¶ Quandoquidem Religiosi, ut modò vidimus, prædictam Iurisdictionem absolventi habent à summo Pontifice, medianibus suis Superioribus quæret quis, an possint nihilominus eundem immediate habere ab Episcopis, pro ipsorum Episcoporum ovibus, sine ulla dependentia ab ipsorum Religiosorum Superioribus. Respondeo. De hac re agum paulo inferius L. c. a. n. 28.

¶ Quæres Secundo. Si quis Prælati compulsus per metum gravem, concederet hanc iurisdictionem absolventi (idem de Approbatione) validane esset collatio, atque adeo Confessio, & Absolutio? Respondeo. Validam esse, docet Sanch. l. 3. matr. d. 39. n. 13. & Castrop. l. 1. n. 2. d. 1. p. 9. n. 6. cum aliis, quia gesta per metum sunt voluntaria absolute, licet indirecte involuntaria. Sed invalidam esse, merito ait. Pont. l. 4. c. 8. n. 13. Lud. à Cruce in exp. Bull. Cruce. c. 2. d. 2. n. 6. Azor. Salas, alique relati à Castrop. l. c. quia concessio Iurisdictionis est quedam donatio, at donatio meticulosa invalida est, ut nos diximus in Tract. de promissione c. 2. & universaliter l. 1. in Decret. c. 5. a. n. 14.

¶ Absolutionem Excommunicationis Suspensionis, & Interdicti per metum datam: esse item invalidam, dicunt, cum de Excommunicatione, Absolutionem autem a peccatis (ut id etiam obiter scias) per metum collatam, validam puto cum De Lugo de iustit. d. 22. n. 128. quia Baptismus simili metu collatus, ut etiam alia Sacramenta valida sunt. Et confirmatur, nam quamvis Salas l. 2. Tract. 3. d. 3. sec. 1. n. 27. putet, sententiam per metum datam, esse eo ipso irritam, Castrop. tamen l. c. num. 7. & Azor. Apud Castrop. l. c. verius putant esse validam, quia nullibi in iure invenitur irrita. Cum ergo Absolutio naturam sententiæ sequatur, nec erit ipsa irrita, licet metu collata. Simili modo Dispensationes, & signate Dispensationem Irregularitatis, metu concessam, validam esse, putat De Lugo, quia nimirum nullibi in iure irrita pronuntiatur.

¶ Quæres Tertio. Quid si eadem (ut & Approbatio) errorqueatur per dolum, v. g. per commendationem, falso concinnatam, quasi alicuius Principis?

Respondeo. Puto esse validam, quia commendatio ejusmodi non videtur esse causa finalis, sed solum impulsiva; non enim verisimile est, Episcopum nolle dare licentiam excipiendi Confessiones, si commendatio falsa esset; sic enim, cum sint frequentes ejusmodi commendationes, exponerentur Confessiones multis periculis nullitatis. Ita in simili Sanchez leg. 1. matr. d. 39. a. n. 11. de licentia Parochi, data ad assistendum Matrimonio.

¶ Recte autem hæc dicta sunt de exemplo dato commendationis falsæ, deque similibus. Cæterum si dolum, ut etiam error, sit concernens ad causam finalem, vel ad aliquid substantiale, ut si v. g. per dolum, vel errorem Episcopo submittatur unus pro alio, nemo dubitat, licentiam esse prorsus invalidam.

¶ Quæres Tertio. Si iniuste Episcopus denegat iurisdictionem (idem si Approbationem) Sacerdoti, possitne presumere ejusmodi Sacerdotem illam nihilominus acquirere? Respondeo. Non possumus: quod certissimum est de Sacerdote seculari. De Regulari dubitant nonnulli, verum de hoc infra §. 4. a. n. 49.

¶ Quæres Quarto. Ut à me acquiratur Iurdictio delegata, debetne mihi esse nota ejus concessio? Respondeo, ita puto cum Coninchi. & Sanchez ap. Delug. d. 19. de penit. num. 17. quia debet à te acceptari, quæ acceptatio esse non potest, nisi concessionem scias. Illud tamen fateor, quando concessio est facta Religioni, eo ipso, quod Religionem professus es, omnia te privilegia, atque adeo hanc potestatem absolventi te acceptasse. Vide, quæ de quæstioncula, huic affini, dist.

Part. III.

cam infra in Tract. de casibus reservatis cap. 9. §. 1. n. 18.

§. VI. De Acquisitione Iurisdictionis absolventi ex Ratihabitione.

¶ Si quis Sacerdos simplex aliquem à mortali absolveret hoc manet v. g. si probabiliter, si certo putans, quod hodie s. ro, vel cras, vel perendie, &c. Episcopus ratam, & firmam habebit ejusmodi Absolutionem, diceretur absolvere Ratihabitione de futuro: & nec est proprie Ratihabitione.

¶ Si autem idem Sacerdos absolveret, quia probabiliter, vel certo putaret, heri v. g. Episcopum, quamvis non expresse, tacite tamen concessisse potestatem ad ejusmodi absolutionem, vel pari modo, si nunc, dum datur Absolutio, putaret, Episcopum consentire, eæ non dicerentur proprie Ratihabitiones, sed licentiæ præsumptæ, & improprie solum dicerentur ratihabitiones. Querimus ergo, An iurdictio absolventi delegatur aliquando alicui per Ratihabitionem? & prius quidem de propria, tum de impropria decernamus.

¶ Dico Primò, nunquam delegari per Ratihabitionem propriam. Quare in casu dicto num. 1. Ille Sacerdos (quidquid alicui apud Suar. d. 26. de pen. sect. 1. num. 13. dicant) semper nulliter absolvet. Ita communiter Doctores ut Suar. Vasquez alique cum Delugo de penit. d. 19. n. 21. Ratio est, quia (abstrahendo, an in aliis materiis Ratihabitione de futuro validè actum) in casu nostro est peculiaris ratio, quæ obstat, id est ratio Sacramentis. Cum enim Sacramentum non possit esse in suspensio, nec dependens à consensu futuro Superioris, non poterit consensus futurus sufficere ad validitatem absolutionis: vel enim illa absolutio hoc mane collata fuit valida, & sic non indigebit consensu futuro; Sacramentum enim semel validum non potest fieri per humanam potentiam invalidum. Vel fuit invalida (ut certè est, quia non processit à potente absolvere) & sic non potest fieri valida postea, quando non est: licet enim aliquando antea invalidi possint deinde approbati, & fieri validi per Ratihabitionem, id accidit in iis actibus in quibus vis potest facere, ut dicti actus incipiant valere, quando ponetur aliqua conditio; tunc enim ius facit, ut valeant, seu habeant effectum, ac si ab initio validi fuissent; id, quod Iurista explicant, dum dicunt, valorem retrorè. hi per Iurisdictionem ad tempus præcedens, sicuti qui hodie ratam habet percussione Clerici suo nomine heri factam, excommunicatur, ac si heri consensum præbuisset, iuxta illud Reg. 10. de Reg. iur. in 6. Iuris pronuntiatum. Ratihabitione retrahitur; & mandato comparatur. At in Sacramentis à Christo institutis hæc fictio ab humano iure, ut ex se patet, fieri non potest.

¶ Dices. Cui licet v. g. proprii Parochi præsumpta de futuro sufficit ad Eucharistiam, vel Extremam Vnctionem alicui ministrandam, ut etiam similis licentia Prælati sufficit, ut Religiosus, aliquid expendendo, non peccet contra Paupertatem, non autem sufficit in casu nostro similis licentia præsumpta de futuro?

¶ Respondeo. Rationem modò indicavi, quia in casu nostro licentia requiritur ad validitatem actus, quæ validitas non potest esse, nisi actus fiat à potente illum facere. Si ergo hunc actum non habetur Iurdictio absolventi, cum actus exeat à non potente, invalidus omnino erit. At in prædictis exemplis administratio Eucharistiæ, & administratio Extremæ Vnctionis validè sine actuali licentia Parochi sunt, cum licentia non pertineat ad validitatem dictorum actuum. Et quamvis, si fierent sine dicta licentia, illicitè fierent, tamen nunc, quia adest præsumpta Parochi, licentia, iam purgantur à ratione illiciti. Expensio item illa, in alio exemplo, est quidem invalida, quia non est à potente alienare, sed quia non est Sacramentum, nullum est inconveniens, si incipiat valere, quando ponetur consensus Superioris.

D

6. Dices

6. Dices. Cur si ego certo, vel probabiliter iudicem dominum mihi donaturum hunc librum, si illum ab eo peterem, possem sine furti peccato librum mihi usurpare, non verò possum usurpare potestatem absolventi, si certus sim, eam mihi collaturum Episcopum, si illam petam?

Respondeo, Quia ad vitandum furtum satis est, quod dominus non sit invitatus, ad quod non est necesse, quod positive det: at in casu nostro non satis est, quod Superior non sit invitatus, sed necesse est, ut positive conferat Iurisdictionem, quia hanc tu recipere non potes, nisi positive detur ab illo, ex qua, deinde procedere debeat actus validus. Ita Respondet huic instantiæ De Lugo d. 19. de Poenit. n. 22.

7. Dico secundo, per Ratihabitionem impropiam, quæ est de præterito, vel præfenti (quam modo diximus proprie appellari licentiam præsumptam) posse delegari ejusmodi potestatem absolventi. Ratio est, quia licentia præsumpta est consensus versus Superioris, & quidem, vel actualis, qualis est præsumpta de præfenti, vel habitualis, qualis est præsumpta de præterito, quæ supponitur nunquam fuisse revocata. Tria tamen sunt diligentissime notanda. Primum, non esse licentiam præsumptam sufficientem, si sit solum conditionata sic. Si Episcopus sciret, seu ab illo peterem, concederet mihi potestatem absolventi. Hæc enim est solum licentia præsumpta conditionata, quæ non est consensus Episcopi, sed esset. Requiritur igitur, ut iudicetur Episcopus absolute dedisse, ut absolute, & vere habeatur potestas absolventi ex qua oriri possit actus absolventi, validus.

8. Secundò, notari debet, non satis esse, probabiliter, vel certo me iudicare Episcopum interne consensisse, vel consentire ad conferendam mihi dictam potestatem, sed addi debere signum externum, licet non omnino explicite datum. Ratio est, quia, sic poteris scire tibi absolute concessam tacite fuisse Iurisdictionem, scus semper præsumeretur fuisse concessa conditionate. Si Episcopus sciret, si potestas à te postulata esset, &c. quod, ut modo dixi, satis non est. Tum quia voluntas interna, dum externe non prodit, nihil operari potest ad conferendam Iurisdictionem tibi, qui illam acceptare debes.

9. Signa autem hæc dependent ex variis circumstantiis, vel modo loquendi, quæ Episcopus exhibuit, unde certo, vel satis probabiliter colligatur, vere, quamvis non omnino explicite, consensisse, vel nunc consentire. Dico (vel probabiliter) quia, quamvis Suar. de Poenit. d. 26. sec. 1. n. 17. velit, ea signa debere certam existimationem facere præfentis consensus Superioris; De Lugo de Poenit. d. 19. num. 23. tamen merito docet, sufficere, si faciant probabilem, si quidem omnes, & ipsemet Suar. alibi concedit, ex potestate, seu Iurisdictione probabiliter posse quempiam hoc Sacramentum Poenitentiae administrare. De ejusmodi signis mox num. 11. aliqua explicatius dabo.

10. Debet denique notari tertio, si Episcopus v. g. videat, te actu excipientem Confessionem, toleraretque, non statim te posse ex illa tolerantia, tanquam ex signo, putare adesse eius præsumptum consensum, sed necessariam distinctionem omnino esse adhibendam: Si enim ipse nesciat, te non esse legitimum Confessarium, hoc est, putet v. g. vel putare possit te licentiâ habuisse à suo Prædecessore, vel à suo vicario Generali, vel à se ipso nunc immemore, &c. vel si sciat, te non esse legitimum, tamen propter aliquam causam non potest te impedire, tunc sane non præsumetur dare licentiam, quia ea tolerantia in dictis circumstantiis nullo modo est signum consensus. Si vero sciat, te non esse Confessarium, & possit facile te ab excipienda dicta Confessione prohibere, & non prohibet (qui certe rarus erit casus) tunc nonnulli fatentur, licentiâ præsumptam adesse. Verum adverte cum Sanc. l. 3. de Matr. d. 35. n. 22. si quando Superior hoc modo præsumatur dare licentiam de præfenti, eam non se extendere, nisi ad præsentem Con-

fessionem, non verò ad alias forte sequentes quibus præsumpta de jura Confessione, non est licentia absolveris.

Signa Superioris, unde colligatur licentia præsumpta, quoad potestatem absolventi.

11. Explicite concessio dictæ potestatis per verba, vel expressam scripturam, licentia est præfata, atque adeo sufficientissima traditio potestatis absolventi, sed difficultas, quæ hic proponitur, est quædam expressio non intervenit, quænam sine consensu sufficientis concessionis de præfenti, vel de præterito, & consequenter sufficiens licentia tacita, seu præsumpta.

12. Respondeo id, ut modo num. 9. innui, per variis circumstantiis, Lucem tamen habebit ex collatione trium signorum, quæ hic à Deo tribuuntur solent. Lege Reg. præsent. Eccl. 1. 7. c. 2.

Primum signum sufficiens est, si Episcopus rogatus, ut concedat dictam licentiam, ipse non erret, vel oculorum, vel alio signo ab ipso usque ostendat suum consensum.

13. Secundum signum item sufficiens est, si Episcopus constituat Sacerdotem in vicarium Parochi, & ejus Capellanum Parochialem, vel tribuat aliquid cui sit adnectum munus Confessoris.

14. Tertium signum controversum est, si Episcopus videat simplicem Sacerdotem excipere Confessionem suorum, & taceat: Aliqui enim ut Fagnan. l. 1. c. 1. cent. hanc solum taciturnitatem esse satis morale signum concessionis potestatis, licet enim taciturnitas sit passiva, quid negativum, tamen moraliter habetur pro positivo consensu. Aliqui verò, ut Coninch. d. 4. d. 8. n. 45. negant, quia falsum est taciturnitatem haberi pro morali consensu, cum possit Episcopus credere ob aliam rationem, & non quia consentiat. Sententia est illa, quam modo nos n. 10. sub distinctione indicavimus.

Ratihabitione Approbationis ad absolventem.

15. Quæres. Cum paulo ante breviter dixerimus, mox late declaraturi simus, ad completam licentiam ministrandi hoc Sacramentum, præter collectionem Iurisdictionis legitime factam, necessariam esse etiam Approbationem Ordinarii: Quæres, inquam, an Approbationem de Approbatione sufficiat aliquando Ratihabitionem.

16. Respondeo, Sufficere eo prorsus modo, quod dictum est de Iurisdictione, par enim est in utroque casu, & quidem quod etiam hujusmodi approbatio dari per aliquod signum externum, debeatur de præfenti inesse in Sacerdote, ut actus validus absolventi ipso procedat, manifeste ostendit verba illa. Tractatus sess. 23. de Ref. c. 15. Approbationem obtrineat, per enim Approbatio, quæ est ostensio, seu testificatio ab Episcopo, significatur signum externum, & per obtrineat, significatur, ea debere esse actum in Sacerdote nec sufficere in futurum.

§. VII. De Acquisitione Iurisdictionis administrandi Sacramentum Poenitentiae ex errore communi, tituloque coloratum.

17. Si in aliquo loco simplex Sacerdos committit errorem, esse communis error de Iurisdictione illius Sacerdotis ad absolventem. Rursus si simplex idem Sacerdos obtrineat recipiatque ab Episcopo officium v. g. Parochi, sed non habet aliquod occultum impedimentum v. g. irregularitatem per quod sit incapax talis officii, nulliter recipiat, sed habere titulum coloratum, seu putativum, habet collationem beneficii Parochialis, ecce Titulus, sed quia nulliter, non habuit, neque habet verum titulum, sed putativum, sed coloratum. Quod si quis collationem